



9[^] edizione

26/28 aprile 2006



CITTÀ DI SANTA MARIA CAPUA VETERE
LICEO CLASSICO "C. NEVIO"
LICEO SCIENTIFICO "E. AMALDI"

CERTAMEN CAMPANVM



NONA EDIZIONE
26 - 28 APRILE 2006

Il testo da tradurre

IX CERTAMEN CAMPANUM

Ante diem V Kalendas Maias

Scriptum est enim: « QUAE IN MUNICIPIA QUASQUE IN COLONIAS DECEMVIRI VELINT, DEDUCANT COLONOS QUOS VELINT, ET EIS AGROS ASSIGNENT, QUIBUS IN LOCIS VELINT ».

Capuam, planissimo in loco explicatam ac praeclarissime sitam, deduci colonos volunt, illam urbem huic urbi rursus opponere, illuc opes suas deferre et imperii nomen transferre cogitant. Qui locus propter ubertatem agrorum abundantiamque rerum omnium superbiam et crudelitatem genuisse dicitur, ibi nostri coloni delecti ad omne facinus a decemviris collocabuntur, et, credo, qua in urbe homines in vetere dignitate fortunaque nati copiam rerum moderate ferre non potuerunt, in ea isti vestri satellites modeste insolentiam suam continebunt.

Maiores nostri Capua magistratus, senatum, consilium commune, omnia denique insignia rei publicae sustulerunt, neque aliud quicquam in urbe nisi inane nomen Capuae reliquerunt, non crudelitate, sed consilio, quod videbant, si quod rei publicae vestigium illis moenibus contineretur, urbem ipsam imperio domicilium praebere posse; vos haec, nisi evertere rem publicam cuperetis ac vobis novam dominationem comparare, credo, quam perniciosa essent non videretis?

Quid enim cavendum est in coloniis deducendis? Si luxuries, Hannibalem ipsum Capua corruptit, si superbia, nata inibi esse haec ex Campanorum fastidio videtur, si praesidium, non praepositur huic urbi ista colonia, sed opponitur. At quem ad modum armatur, di immortales!

Nam bello Punico quicquid potuit Capua, potuit ipsa per sese; nunc omnes urbes, quae circum Capuam sunt, a colonis per eosdem decemviros occupabuntur; hanc enim ob causam permittit ipsa lex, in omnia, quae velint, oppida colonos ut decemviri deducant, quos velint atque his colonis agrum Campanum et Stellatem campum dividi iubet.

Non queror deminutionem vectigalium, non flagitium huius iacturae atque damni, dico tantum nos caput patrimonii publici, pulcherrimam populi Romani possessionem, subsidium annonae, horreum belli, sub signo claustrisque rei publicae positum vectigal servare non potuisse.

His ego rebus, patres conscripti, resistam vehementer atque acriter neque patiar homines ea me consule expromere, quae contra rem publicam iam diu cogitarint. Lacesso vos, in contionem voco, populo Romano disceptatore uti volo.

Cic. De lege agraria oratio prima (fragmenta)

NOTANDA :

- Ad perficiendum certamen, cuius explanatio perutilis est, nihil amplius quam horae quinque conceduntur;
- Lexico Latino uti licet ;
- Nusquam nomina vestra scribenda sunt.

La Commissione



Il Presidente

prof. Aldo Luisi,

Ordinario di Grammatica Latina alla Facoltà di Lettere e Filosofia
dell'Università di Bari



I componenti:

prof. **Giampiero Scafoglio** del Liceo Scientifico “Urbani” di S. Giorgio a Cremano
e prof. ssa **Mirella Scala** dell'Istituto Orientale di Napoli

Alla prova parteciparono 29 studenti.

I vincitori

1° classificato: Paolo Del Barba – Liceo Classico “G. Piazzi” di Sondrio

Giudizio della Commissione


1° Classificato

Un'interpretazione molto precisa e corretta. Il pensiero politico di Cicerone, che condanna le decisioni dei decemviri, è posto bene in evidenza. La scelta lessicale è felice, soprattutto perché la selezione del vocabolo italiano rispetta pienamente il valore semantico dei lemmi latini duri e aspri pronunciati da Cicerone.

Il commento, gradevole in generale, si fa apprezzare per le acute osservazioni alla lingua e ai costrutti usati dall'autore, per nulla semplici.

Santa Maria Capua Vetere 28 aprile 2006

La Commissione



Handwritten signatures of the commission members: Aldo Pini, Giulia Pini, and Giuseppe Scapoglio.

2° classificato: Alessandro Piccolo – Liceo Classico “Giannone” di Caserta

3° classificato: Clara della Valle – Liceo Classico “Nevio” di S. Maria Capua Vetere

4° classificato: Emanuele Pradella – Liceo Classico “Piazzi” di Sondrio

5° classificato: Maria Sangermano: Istituto Vescovile Paritario di Nola









